



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 1. Lutherus ejusque Sectatores per novam Bullam a Papa anathemate perculsi.


---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)



*Henricus VIII. librum suum contra Lutherum Leoni X. nuncupat.*

HISTORIÆ  
 ECCLESIASTICÆ  
 LIBER CXXVII.



LEO X. PONTIFEX. MAX.  
 CAROLUS V. IMPER. OCCID.

§. I.

*Lutherus ejusque Sectatores per novam Bullam a Papa anathemate percussi.*

**Sæcul. XVI.  
 A.C. 1521.**

**E**lipsis induciis, quæ Luthero ad resipiscendum, atque ad errores suos tandem ejurandos concedebantur, Leo Pontifex procurante Aleandro A-

*Bull. Const. in Leo. X. Raynald. an. 1521. c. 1.*

*Hist. Eccles. Tom. XXXIV. A post-*

Sæcul. XVI.

A. C. 1521.

Bzov. to. 19.

Pallavicin.

l. I. p. 25.

postolico ejus nuncio novam Constitutionem edidit, cujus summa hæc est: *Licet nonnulli ex iis, qui Martini errores secuti fuerunt, errores suos, & hæresin in manibus nostris ejuraverint, & in nonnullis Germanicæ civitatibus libri, & scripturæ didi Lutheri juxta mandata nostra publice fuerint concremata, ipse tamen Martinus (quod non sine gravi animi molestia referimus) in reprobum sensum datus, non solum errores suos revocare, & de revocatione hujusmodi nos certiores facere, seu ad nos venire contempsit, sed etiam tanquam petra scandali contra nos, & hanc sanctam Sedem, fidemque Catholicam scribere, & prædicare, & alios ad hoc inducere non veritus est. Quapropter sicut jam ipse hæreticus declaratus est, ita & alii etiam ipsius pestiferam hæreticorum sectam publice sequentes, eique palam auxilium, consilium, & favorem subministrantes, ipsumque in sua inobedientia & contumacia consoventes easdem pœnas incurrunt, & hæretici merito sunt habendi, atque ab omnibus Christi fidelibus evitandi. Civitates quoque, & cetera loca, in quibus ejusmodi homines pro tempore fuerint, Ecclesiastico interdicto supposita esse declaramus, atque universis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, cunctisque Ecclesiasticis, & Religiosis in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna excommunicationis latæ sententiæ mandamus, ut eosdem*

dem anathematizatos, & hæreticos in Ec-  
clesiis, Dominicis, & aliis festivis diebus, Sæcul. XVI.  
A.C. 1521.  
dum major inibi populi multitudo convenit  
ad divina, cum omnibus cæremoniis in simili  
casu observari solitis publice denuncient.  
Data est hæc Constitutio Romæ tertio  
Nonas Januarii, seu tertia die ejusdem  
Mensis. Verum Lutherus, ejusque Se-  
ctatores nonnisi magis inde exacerba-  
bantur, falso persuasi, quicquid a Sede  
Apostolica emanaret, id omne ex Pon-  
tificis ac Curia Romanæ quæstu, ac  
cupiditate fieri.

## §. II.

*Comitia Wormatiæ a Cæsare  
celebrata.*

Alexander, ut sinistram ejusmodi opi-  
nionem dissiparet, ubique divulga-  
bat, quod Lutheri errores reapse tales  
essent, lites vero cum Lutero haud spe-  
ctarent summi Pontificis aut Curia Ro-  
manæ emolumenta, cum hujus Docto-  
ris opiniones non abluderent ab erro-  
ribus, quos Constantiense Concilium  
merito damnasset adversus Wiclesum,  
Joannem Hussum, infausta prorsus Ger-  
manis nomina. Nec his contentus Ale-  
xander, tractatum etiam hanc in rem  
composuit, atque ex Lutheri libro *de  
Captivitate Babylonica* quadraginta pro-  
posi-

*Pallavicinus.  
loc. cit.*